

servari mandavit; Idcirco eodem nomine, & auctoritate prefati Capituli Generalis hac in parte Nobis commissa omnia, & singula retroscripta decreta approbamus, ratificamus, confirmamus, & in quantum opus est innovamus, prout ratificata, approbata, & innovata esse volumus, & mandamus. Praecipientes in meritum salutaris, obedientiae, & sub poenis in ipsis decretis contentis, & aliis ad arbitrium nostrum infligendis ipsorum publicationem, & observantiam, juxta modum, & formam in ipsis praescriptam, dantes propterea Admodum R. P. Magistro Thomae Guichens Assistenti Galliae absoluto, & Priori, atque ejus Successoribus Prioribus prefati Conventus, & Collegii Generalis Majoris Parisiensis omnimodam, & necessariam potestatem, etiam implorandi auxilium brachii secularis; declarantes praeterea in nova sexdecim Patrum. affiliatione, de qua §. 2. numero 1. & 2. non comprehendi PP. Conventuales, qui nunc actualiter in ipso existunt de familia, qui quamdiu vixerint, volumus, & mandamus, ut ibi degant tanquam illius filii per Superiores cum omni benevolentia tractandi. Verum ipsis per mortem, vel quocumque alio modo deficientibus alios eorum loco suppleri non posse prohibemus. Datum apud Sanctum Augustinum de Urbe in Comitibus Generalibus die 9. Junii 1661.

Frater Petrus Lanfranconius Generalis ind.

Loco * sigilli.

Fr. Aurelius Mancinus Secretarius Ordinis.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, firmiora, & stabiliora sint illa, quae Apostolica confirmationis patrocinio muniuntur: Nobis propterea dictus Petrus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipsum Petrum Priorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula decreta praesentia auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

§.4. Decernentes easdem praesentes Literas, necnon decreta praesentia semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos quovis modo spectat, & pro tempore quan-

Omnia decreta praesentia Pontificis confirmantur.

Clau. ult.

documque spectabit, inviolabiliter, & inconcussae observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit praefatorum Conventus, & Ordinis aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus proplene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum, insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die decima Junii 1662. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCCXC.

Confirmatio Decreti Congregationis super negotiis Ordinis Praemonstraten. & Communitatis antiqui rigoris nuncupati dicti Ordinis, quo cavetur unionem, seu aggregationem unius, vel plurium dicti Ordinis dictae Congregationi antiqui rigoris a Vicario Abbatis Generalis in posterum nullatenus fieri debere, nisi omnes Religiosi professi illius Monasterii per vota secreta consenserint in illud reformationem introduci, praecesseritque licentia Abbatis Generalis &c. eandemque aggregationem non aliter faciendam esse, quam juxta formulam praescriptam in Decreto huic Brevis inserto.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Emanavit nuper a Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super negotiis Ordinis Praemonstraten. a Nobis deputata Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Ut Reformatio, seu Congregatio, & Communitas antiqui rigoris in Ord. Praemonstraten a Paulo V. fel. rec. instituta, & ab aliis Summis Pontificibus ejus Successoribus confirmata feliciter, & cum pace omnium, quorum interest, per Monasteria ejusdem Ordinis diffundi, & propagari possit: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium

Derogatio contrariorum

Dat die 10. Junii 1662. An. VIII.

Ex Regell. in Secret. Bruo.

Sacra Congr. Decretum.

nalium, ac Dominorum Praelatorum super negotiis praedicti Ordinis a Sanctissimo Domino Nostro specialiter deputata, auditis Procuratoribus tam Ordinis, quam Communitatis hujusmodi, reque accurate discussa censuit unionem, seu aggregationem unius, vel plurium Monasteriorum ipsius Ordinis memoratae Communitati antiqui rigoris a Vicario Abbatis Generalis in posterum nullatenus fieri debere, nisi omnes, & singuli Religiosi professi illius Monasterii per vota secreta consenserint in illud reformationem introduci, praecesseritque licentia in scriptis ipsius Abbatis Generalis, qui tamen eam non denegat, nisi ex justis, & rationabilibus causis, quas deducere teneatur infra quatuor menses ad Beatissimum Romanum Pontificem, eandemque Monasterii aggregationem non aliter faciendam esse, quam juxta formulam infra scriptam, videlicet.

Formula de Monasterii aggregatione facienda.

Nos F. N. Vicarius Generalis Communitatis antiqui rigoris Ordinis Praemonstraten. viso actu Capitulari, quo omnes Religiosi Professi Monasterii N. Fratres N. N. N. facientes totam Communitatem dicti Monasterii ejusdem nostri Ordinis per vota secreta consenserint nostram reformationem introduci in hoc suum Monasterium de licentia Nobis specialiter inscriptis concessa a Rmo Dño P. N. Abbate Praemonstrateni, & totius Ordinis Generali sub die 2. concordavimus cum praedictis Religiosis de summa pecunie scutorum... de trimestre in trimestre anticipatae solvenda, & de quantitate vini doliorum... frumenti sextariorum..., & aliarum rerum, videlicet... temporibus... pro eorum victu, & sustentatione assignanda, & pro eorum portionibus congruis ratam proventuum hujus Monasterii, promittimusque ex iis redditibus, qui super sunt, deductis praedictis portionibus congruis, tot alere Religiosos nostrae Communitatis, qui sufficient ad restituendam, conservandamque disciplinam, & observantiam regularem. Et ipsi praenominati Religiosi ex parte sua cognoscentes se ex vi professionis suae adstrictos ad observantiam Statutorum communium Ordinis, denuo promiserunt eandem observantiam, nihil praetendentes relaxationis ex hac aggregatione sui Monasterii cum aliis reformatis, & quod intererunt Choro ad Officia Divina simul cum ipsis Reformatis celebranda, quod iidem praenominati inter se manducabunt in eadem mensa omnes communiter, quod habitabunt in Clausura Regulari, ad quam nullus pateat aditus Mulieribus, sub obedientia sui Abbatis (si reformationem non susceperit) vel Superioris Reformati, sive sit Abbas, sive Prior. Consenserunt insuper, & voluerunt, ut portionum suarum congruarum tam in pecunia, quam in vino, frumento, & aliis, supra assignatis pro eorum victu, & sustentatione omnimoda dispositio, & dispensatio sit apud Abbatem suum [si reformationem in se non susceperit] vel apud Superiorem reformatum, vel apud F. N. unum ex ipsis Religiosis cedentibus ad hoc a Superiori Reformato de aliorum consensu electum: ita tamen, ut si aliquis ex praedictis Religiosis Superiorem aliquem ex Ordine invenerit, qui eum in suo Monasterio admittere velit, ad illud ex dispensatione ad hunc effectum generaliter concessa a Summo Pontifice, migrare poterit, & hujus portio congrua persolvetur Superiori, qui eum admiserit. Hisque inter Patres sic stabilitis praedicti omnes Religiosi declarant, & declarant, se cedere omnibus suis Juribus in hoc Monasterio ad Dei gloriam, & ad regularis observantiae restitutionem, in favorem nostrae praedictae Communitatis antiqui rigoris; nosque posse libere, quando commodum Nobis fuerit, possessionem capere ejusmodi Monasterii. Acta in Monasterio N. die... &c.

riorem reformatum, vel apud F. N. unum ex ipsis Religiosis cedentibus ad hoc a Superiori Reformato de aliorum consensu electum: ita tamen, ut si aliquis ex praedictis Religiosis Superiorem aliquem ex Ordine invenerit, qui eum in suo Monasterio admittere velit, ad illud ex dispensatione ad hunc effectum generaliter concessa a Summo Pontifice, migrare poterit, & hujus portio congrua persolvetur Superiori, qui eum admiserit. Hisque inter Patres sic stabilitis praedicti omnes Religiosi declarant, & declarant, se cedere omnibus suis Juribus in hoc Monasterio ad Dei gloriam, & ad regularis observantiae restitutionem, in favorem nostrae praedictae Communitatis antiqui rigoris; nosque posse libere, quando commodum Nobis fuerit, possessionem capere ejusmodi Monasterii. Acta in Monasterio N. die... &c.

Quae omnia eadem Sacra Congregatio futuris tantum temporibus observari voluit, itaut nihil inde deduci possit praedicti adversus reformationem ad hanc usque diem per diversa Ordinis Monasteria introductam. Datum Romae die 7. Maii 1662. P. Fagnanus Secretarius.

§.2. Cum autem sicut dilecti filii Procuratores tam Ordinis, quam Communitatis antiqui rigoris hujusmodi Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi dictum Decretum pro firmiori illius sustentatione, & observatione apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderarent: Nos specialem illis gratiam facere volentes personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas, & Decretum praesentium semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit plenissime suffragari, & ab illis respectively inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon praefatorum Ordinis, ac Reformationis, seu

Supradicta Sacra Congr. futuris temporibus servari vult.

Decretum confirmat.

Clausula.

Contrariis tollit.

H h Con-

Congregationis, & Communitatis, eorumque Monasteriorum quorumvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
speci mandatis

§.5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsi finet præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 12.
Jun. 1662.
An.VIII.

Datum Romæ apud S.Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Junii 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

CCCXCVI.

Ex Regest. in
Secret. Brevis

Declaratio invaliditatis electionis Vicariorum Capitularium Ecclesiæ Parisien. ante admissam cessionem Cardinalis de Retz factæ, & ab illis successive gestorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus
constitutionis

§.1. CUM sicut accepimus postquam dilectus filius noster Joannes Franciscus Paulus Gondus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis de Retz nuncupatus tunc Ecclesiæ Parisien, ex concessione, & dispensatione apostolica Præsul, qui jamdiu a sua Ecclesia absens, illius regimini per Vicarios suos Generales, & alios Officiales vacabat, eandem Ecclesiam Parisien, pure, & simpliciter quantum in se erat, renunciaverat, & cesserat, seu ad renunciandum, & cedendum in manibus nostris Procuratorem constituerat, & charissimus in Christo filius noster Ludovicus Francorum Rex Christianissimus Ven. Fratrem Petrum tunc Tolosan, nunc Parisien, Archiepiscopum vigore concordatorum dudum inter Sedem Apostolicam & clar. mem. Franciscum Primum, dum vixit, etiam Francorum Regem super nominatione personarum, certis inibi expressis modis qualificatarum, ad Ecclesias in Regno Franciæ privilegio eligendi non suffultas pro tempore vacantes promovendarum per Regem Franciæ pro tempore existentem Romano Pontifici faciendâ initorum, Nobis ad dictam Ecclesiam nominaverat, dilectus filius Syndicus Capituli

ejusdem Ecclesiæ Parisien, vel alius quisquis fuerit hujusmodi renunciationem adhuc a Sede Apostolica prædicta non admissam, & dictam nominationem præfato Capitulo retulerit, ac proposuerit instans, ut administrationi Ecclesiæ consuleretur, ex quibus suffragiis, tandem in eam sententiam (quamvis dissentientibus nonnullis itum fuerit, ut Vicarii Capitulares eligerentur; Et huic decreto Decanus, qui primarius ex duobus Vicariis Archiepiscopalis generalibus erat, acquieverit, unaque cum aliis novis Vicariis, qui Capituli nomine Ecclesiæ administrationem suscipere pariformi consensu elegerit.

§.2. Nos considerantes tempore factæ electionis Vicariorum Capitularium hujusmodi, præfatum Ecclesiam Parisiensem non vacasse, neque dictum Joannem Franciscum Paulum Cardinalem ab ejus vinculo absolutum fuisse, sed illi eo tempore adhuc præfuisse, cum Nos demum die 5. Junii proxime præteriti cessionem Ecclesiæ hujusmodi per eum in manibus nostris factam admiserimus, & ex nunc vacare decreverimus.

Electionem
Vicariorum
Capitularium
invalidam esse
deceat.

§.3. Ac proinde dictam Electionem Vicariorum Capitularium præpropere factam fuisse: Propterea de Ven. Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Concilii Trident. interpretatum, ad quos superscriptam facti seriem discutiendam, transmisimus, ut circa illam eorumdem Cardinalium sententia Nobis referretur) consilio, eandem electionem Vicariorum Capitularium, & ea, quæ ab illis sic electis fuerunt successive gesta, minime valida fuisse; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, & decernimus.

Derogatio
contractionum

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictæ Ecclesiæ Parisien, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die decimasextima Julii 1662. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Dat. die 17.
Jul. 1662.
An.VIII.

Revo-

CCCXCVII.

Ex Regest. in
Secret. Brevis

Revocatio quarundam Ordinationum per Universitatem, & homines artis Vaccinariorum Urbis a S.S. Per Breve confirmatar. cum Decreto, quod circa contractus super pellibus tam concinnatis, quæ rudibus ineundos, & aperitionem novarum Apothecarum, & divisionem Macellorum is stylus de cætero in perpetuum fervetur, qui servabatur antequam dd. Declarationes, & Breve emanarent.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alia decreta
revertentur.

§.1. Alias emanarunt a Nobis literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet: Alexander PP. VII. ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt &c. *Vi. fufus in Constit. 226. Tom. 6. par. 4. fol. 275. hujus Pontificis.*

§.2. Cum autem, sicut plurimum personarum fide dignarum relatu Nobis innotuit, dilecti filii Consules dictæ Artis Vaccinariorum potestate sibi per præsertas declarationes, seu ordinationes a Nobis, ut præfertur, confirmatas attributa abutantur, graviaque inde nascantur inconvenientia non sine boni publici detrimento, ac Artium Vaccinariorum, & Macellariorum, illarumque hominum damno, & præjudicio: Nos opportunum his malis remedium adhibere, necnon publicæ, privateque hominum dictarum artium utilitati consulere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine declarationes, seu ordinationes, ac super eorum confirmatione, & approbatione expeditas literas nostras præsertas, omniaque, & singula in illis contenta, & expressa tenore præsentium perpetuo revocamus abrogamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac revocata, abrogata, cassata, irrita, & nulla, viribusque, & effectu vacua esse, & perpetuo fore, necnon circa contractus super pellibus tam concinnatis, quam rudibus, seu nondum concinnatis ineundos, & aperitionem novarum Apothecarum, seu Offinarum, ac distributionem, & divisionem Macellorum eum stylum, & morem, qui antequam Ordinationes, seu Declarationes, & literæ nostræ præsertæ emanarent, servabatur, & quo uti tunc solitum erat, de cætero perpetuis futuris temporibus ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quovis modo spectabit inviolabiliter, & inconcusse servari, ac in usum reduci debere, nec quemquam ejusdem nostris literis in judicio vel extra illud uti, seu se juvare posthac ullatenus posse decernimus, & declaramus, ac statuimus, & ordinamus.

Confirmat
decretum.

§.3. Mandantes propterea dilecto filio Præsidenti Graciæ dictæ Urbis, ut stylum, & morem solitum hujusmodi, & alia, quæ Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

circa præmissa pro bono dictarum Artium, & Graciæ gubernio ordinari oportere judicaverit, faciat auctoritate nostra præfatis Consulibus, & Hominibus Artium hujusmodi, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, omni mora, & tergiversatione, recursum, & reclamacione remotis, exacte, & inviolabiliter observari; Nos enim eidem Præsidenti Graciæ quamcumque necessariam, & opportunam ad id facultatem harum serie tribuimus, & impertimur.

Clausulas
apponit.

§.4. Decernentes easdem præsentibus literas etiã ex eo quod Consules, & alii præfati, cæterique cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis existentes etiam speciali, & individua mentione digni in præmissis, vel eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad illa vocati, citati, & auditi, seu causa, propter quas ipse præsentibus emanarint adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, vel ex alia qualibet quantumvis juxta, legitima, & privilegiata causa, ingenio, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium, aut habere quovis modo prætendentium consensu, aliove quolibet, etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, rescindi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Camerarium, seu Pro-Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Camera Apostolicæ Præsidentes Clericos, & dictæ Urbis Senatorem, aliosque quoscumque eorundem Camere, & Urbis Officiales, & Ministros quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
derogat.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non tollendo jure questito, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus.
H h 2

tionibus Apostolicis, necnon præfatarum artium, & Urbis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Julii 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

CCCXCVIII.

Ex Regest. in Secret. brev.

Confirmatio Privilegiorum, gratiarum, & Indulgentiarum Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini in Regno Portugallie degentium.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alia decreta recentiora.

§.1. Alias emanarunt a Nobis Literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet: Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam. In supremo militantis Ecclesiæ &c. ut fufius in Const. 204. Tom. 6. Part. 4. Fol. 237. hujus Pontif.

Expositio.

§.2. Cum autem, sicut dilecti filii fratres dicti Ordinis S. Pauli primi Eremitæ sub regula S. Augustini in Regno Portugallie degentes Nobis nuper exponi fecerunt ipsi, qui (ut asserunt) ejusdem cum Fratribus Ordinis præfati in Hungaria degentibus instituti existunt, credant se præfatarum Literarum commodo, & effectui gaudere debere, tametsi sub Superiore Generali a Priore Generali dictorum Fratrum Hungariæ distincto vivant; & nihilominus ad tollendum omne dubium, quod super ea re exoriri posset, opportune sibi a Nobis in

præmissis provideri, & ut infra, indulgeri summopere desiderant: Nos specialem ipsius Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter portensis inclinati, eisdem Superiori Generali, & fratribus dicti Ordinis S. Pauli primi Eremitæ in Regno Portugallie degentibus singulis Urbani, & aliorum Prædecessorum nostrorum præfatorum Literas Apostolicas præinsertas, & privilegia, indulta, facultates, libertates, immunitates, exemptiones, prærogativas, præeminencias, indulgentias, favores, & alias gratias universas spirituales, & temporales præfato Ordini S. Pauli primi Eremitæ, ejusque Priori, seu Superiori Generali, & Fratribus, necnon Ecclesiis, Cappellis, Oratoriis, Domibus, & aliis locis, bonis, & rebus præfatis tam per memoratos, ut præfertur, & alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros, etiam per viam extensionis, & communicationis, quam per quoscumque Imperatores, Reges, Duces, & alios Principes, ac personas seculares quomodocumque, & qualitercumque respective concessas, & concessa, cum omnibus, & singulis inde legitime sequentibus, & sequentibus (quatenus tamen privilegia hujusmodi sint in usu, nec hæcenus revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa) & alias juxta præinsertas Urbani Prædecessoris, nostrarumque Literas, auctoritate præfata tenore præsentium pariter perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui quomodolibet in eisdem intervenerint, supplemus.

Confirmat omnia contenta in rubr.

§.3. Decernentes pariter easdem præfatas, ac præinsertas Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac præfato Ordini Sancti Pauli primi Eremitæ, ejusque Superiori Generali, & Fratribus in Regno Portugallie hujusmodi degentibus, & aliis, ad quos quovis modo spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.4. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis literis concessa sunt non obstantibus.

Contraria tollit.

re, ceterisque contrariis quibuscumque. §.5. Volumus autem, ut eorundem præsentium Literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo dicti Superioris Generalis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 7. Aug. 1662. An. VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Aug. 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

CCCXCIX.

Quod Joannes Paulus Oliva Vicarius Generalis Soc. Jesu possit relinquere, & alienare Collegia, & Domos ipsius Societatis, juxta facultatem sibi traditam a Congregatione Generali.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Paulus Oliva Vicarius Generalis Soc. Jesu, quod vigore Constitutionum dictæ Societatis auctoritate apostolica confirmatarum eidem Societati competit facultas relinquendi, & alienandi Collegia, & domos ipsius Societatis: quam facultatem Congregatio Generalis dictæ Societatis novissime habita ipsi Joanni Paulo Vicario Generali concessit: quodque Præpositi Generales, qui pro tempore fuerunt dictæ Societatis, iis casibus, quibus sperabatur suspensionem sufficere posse, Collegia suspendere soliti fuerunt, donec redditus illorum ita aucti essent, ut tendis, seu manutendendis ipsis Collegiis sufficerent.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Joannes Paulus Vicarius Generalis, ut penuriam, in qua Collegium Tropiense ejusdem Societatis reperiebatur, consuleret, idem Collegium suspenderit quousque exsoluto ære alieno, quo obstringitur, ad statum primæ fundationis reductum fuerit; Venerabilis vero Frater Episcopus Tropienensis suspensionem hujusmodi per sequestra bonorum dicti Collegii impedire prætenderit: Nobis propterea dictus Joannes Paulus Vicarius Generalis humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§.2. Nos igitur ipsum Joannem Paulum Vicarium Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen-

dum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, concessionem facultatis relinquendi, & alienandi Collegia, & Domos dictæ Societatis memorato Joanni Paulo Vicario Generali ab ultima Congregatione Generali prædicta factam, ut præfertur, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præterea prædictum Collegium Tropiense, juxta illius suspensionem ab eodem Joanne Paulo Vicario Generali sicut præmittitur factam, suspensum remanere debere; ipsi vero Joanni Paulo Vicario Generali in futurum alia quoque Collegia dictæ Societatis in quacumque Mundi parte existentia, quando, ac iis modo, & forma, quibus ei necesse fore videbitur, suspendere licere, auctoritate, & tenore prædictis declaramus.

Summus Pontifex connumerat quod continetur in rubric.

§.3. Decernentes eadem præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Joanni Paulo Vicario Generali plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & spectabit quovis modo in futurum, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictæ Societatis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria tollit.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Aug. 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 7. Aug. 1662. An. VIII.

CD.

De promovendis ad Ordines in Urbe, & in sex vicinis Episcopatibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolica sollicitudo humilitati nostræ divinitus imposta Nos admonet, ut circa

Procedimus.

circa illos, qui in alma Urbe nostra, ex qua in omnes Christiani Orbis partes bonorum operum exempla ubertim promanant, vicinisque Episcopatibus sacris addicuntur ministris, & in hierarchicum Ecclesie cœtum cooptantur, ea salubriter constituamus, quæ matura consultatione adhibita, in Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem cedere, & cessura esse arbitramur.

Clerici examinandi.

§.1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine tenore præsentium statuimus, & ordinamus, ut quicumque in eadem Urbe ratione originis, vel beneficii Ecclesiastici, aut domicilii, vel cum literis dimissoriis proprii Ordinarii, ad minores, vel sacros Ordines promoveri volent, per mensem ante generales ordinationes dilectum filium nostrum, & pro tempore existentis Romani Pontificis in dicta Urbe Vicarium in spiritualibus generalem audeant, & de ipsius mandato ab Examinatoribus ad hoc deputatis, non paucioribus, quam tribus, ac simul congregatis, super scientia ad unumquemque ordinem requisita sedulo examinentur, & peracto examine, renunciatur quotcumque ab his idonei iudicati fuerint.

Potum testimonium habere debeat.

§.2. Deinde ad minores quidem Ordines promovendi bonum a Parocho, & a Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant, de quo publicum eidem Vicario exhibeant documentum. Pro iis vero, qui ad singulos majores ordines erunt assumendi, idem Vicarius Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in Basilica Lateranensi, & in propria cujusque parochiali Ecclesia propostis, de ipsorum ordinandorum natalibus, genere, ætate, moribus, & vita, ordinibus ante susceptis, titulis, ad quos promoti sunt, vel promoveri cupiunt, ceterisque qualitatibus requisitis juxta sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem a fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Vicarium quamprimum transmittat.

Per decem dies ex utroque latere videri debeat.

§.3. Et nihilominus quoties aliquem ex sacris Ordinibus suscipere voluerint, ad Sacerdotes in id deputatos personaliter se conferant, a quibus decem saltem dierum spatium ante ordinationem in eorum domo inclusi, de omnibus ad digne suscipiendos, & rite exercendos ordines requisitis erudiantur, & de hoc testimoniales eorumdem Sacerdotum ad ipsum Vicarium deferant, nec sine hujusmodi literis quisquam ad ullum sacrum ordinem promoveatur, nec cum aliquo super examine, & inclusione hujusmodi dispensari possit, nisi consultis Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente.

Foreris quomodo ordinandi.

§.4. Denique in sex Episcopatibus prope Urbem, in quibus non sunt Suffraganei, quicumque ad minores, vel sacros Ordines volent promoveri, cum literis dimissoriis sui Ordinarii ad memoratum Vicarium, & non ad alium Antifitem directis, ad Urbem accedant, ibique, & non alibi ordinentur, servata in omnibus forma superius præscripta. Ubi vero sunt Suffraganei, nemo ad aliquem ex majoribus ordinibus assumatur, nisi prius præter ea, quæ a Sacris Canonibus, & ejusdem Concilii decretis sancita sunt, ad minus per decem dies a dictis Sacerdotibus in Urbe deputatis in eorum ædibus inclusus, ut supra, fuerit eruditus, ac literas testimoniales eorumdem Sacerdotum ad ipsum Suffraganeum detulerit. Suffraganeus autem, qui contrafecerit, ab exercitio Pontificalium per annum, promoti vero tam ab eisdem Suffraganeis, quam etiam in Urbe non servata forma præsentis Constitutionis, ab exequatione ordinum sic susceptorum, donec Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus visum fuerit, ipso jure sint suspensi.

§.5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Claufulæ.

§.6. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis tollit.

Ut autem præsentibus Literæ ad omnium notitiam facilius devenire possint, volumus ut illæ, seu earum exempla ad valvas præfate Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ, ut moris est, publicentur, & affigantur. Sicque publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent; utque earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, vel extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 7. Aug. 1662. An.VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Aug. 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

Con-

CDI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Confirmatio Declarationis, & Incorporationis Provinciæ Bohemæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci inter Provincias reformatas Italiæ d. Ordinis a Ministro Generali, & Capitulo Generali ejusdem Ordinis factarum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Debitum Pastoralis Officii, quod, Auctore Deo, gerimus, postulat, ut paternam Christianifidelium, qui e fluctibus seculi in religiosæ vitæ portum confugerunt, curam gerentes felici illorum statui consulere studeamus, sicut cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Expositio.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Minister Provincialis Provinciæ Bohemæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum dilecti filii Fratres dictæ Provinciæ dilecto filio Ministro Generali, & Capitulo Generali Anno 1658. Toleti celebrato dicti Ordinis supplicassent, ut eandem Provinciam reformatam declararent, eamque aliis Provinciis Reformatis Italiæ ejusdem Ordinis aggregarent, præfatum Capitulum Generale eis hac in re gratificatum est, distulque Minister Generalis die 10. Dec. 1660. per suas Literas Definitorio dictæ Provinciæ directas eandem Provinciam reformatam declaravit, ac illam in ter Provincias Reformatas Italiæ Ordinis hujusmodi incorporavit.

Decretis confirmat.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, dictus Minister Provincialis præmissa pro firmiori illorum subsistentia apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos ipsum Ministrum Provinciale specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, declarationem, & incorporationem dictæ Provinciæ Bohemæ inter præfatas Provincias Reformatas Italiæ, sicut præmittitur factas, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet interynerint, supplement.

Claufulæ.

§.3. Decernentes eandem Provinciam Bohemæ in posterum tanquam unam ex Reformatis Nationis Italiæ in omnibus, & quoad omnia fore, & habendam esse, ipsas

que præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogari contrariis.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 11. Aug. 1662. An.VIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die undecima Augusti 1662. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CDII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Confirmatio formæ pro electione Discretorum Vocalium Capituli Gener. Congregationis Clericorum Doctrinæ Christianæ in Gallia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Avias Presbyter, & Procurator Generalis Congregationis secularis Clericorum Doctrinæ Christianæ in Gallia, quod cum Nos per quasdam nostras in simili forma Brevis literas eorum numerum vocalium Capituli Generalis dictæ Congregationis determinaverimus, & inter illos duos pro qualibet Provincia ipsius Congregationis Discretos eligi voluerimus, nec ullam tamen in eisdem literis pro faciendis dictorum Discretorum electione formam præscriperimus, eadem Congregatio in ultimo ejus Capitulo Generali formam in electione Discretorum hujusmodi, servandam stabilivit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Forma pro electione Discretorum vocalium Capituli Generalis.

§.2. Debito tempore a Patre Provinciali designando unusquisque Vocalis, prius fuis ad Deum precibus, scribit in una Scheda duos Sacerdotes, alterum Rectorem, & non Rectorem alterum, quos aptiores ad hoc munus in Domino judicaverit, Sche-

Shedula colligentur in fasciculum unum, sigillo domus, five Collegii signandum, & a duobus Subditis Vocalibus mittendum ad Rectorem Domus Scrutini, quam Pater Provincialis designaverit, qui de receptione epistolae, & fasciculi Scedularum Rectorem Domus mittentem, quamprimum poterit, certum faciet, ut si forte esset amissus, iterum congregetur Capitulum Domus ad eligendum de novo. Cum autem omnium Domorum Scedulas repererit praedictus Rector, congregato suo Capitulo, eas omnes miscet prius, deinde eas omnes aperit coram omnibus suis Vocalibus, & omnium nomina in illis scripta simul cum duobus ab eisdem Vocalibus nominatis fideliter, & exacte notat, & duos illos qui plura habuerint suffragia Discretos esse declarat; sicut timque scribit ad Patrem Provinciale, qui eos monerit, ut tempore debito adint Capitolio Generali, sumpto a Domo Scrutini suae electionis testimonio a Rectore, & Secretario illius subsignato; si autem contingat duos, aut plures aequalem habere suffragiorum numerum antiquior professione ex illis censetur Discretus.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Franciscus formam praefatam pro firmiori, & stabiliiori illius observatione, & subsistentia apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excomm. suspensionis, & interditi, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati praesertam formam a memorato Capitulo Generali pro electione Discretorum Vocalium Capituli Generalis Congregationis praefatae factam, ac stabilitam, ut praefertur, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplementum.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit perpetuo inviolabiliter observari; Sicut in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictae Congregationis, ejus-

que Provinciarum, & Domorum quantumlibet, etiam juramento, confirmatione, apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inferentibus habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsissimè praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Augusti 1662. Pontificatus nostri Anno VIII.

Transumptum fides.

Dat. die 12. Aug. 1662. An. VIII.

CDIII.

Confirmatio Decretorum, & Statutorum super Institutione, & felici directione Conventus in Provincia Romana pro secessu Fratrum Minorum Strictioris Observantiae Ordinis S. Francisci ab Eminentissimo Protectore ejusdem Ordinis in vim facultatis sibi a Congregatione Episcoporum, & Regularium concessae, de voto Vicarii Generalis Reformatorem, ac Ministri Generalis dicti Ordinis factorum, & editorum.

Ex Regest. in Secret. Breve.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Ecclesiae Catholicae regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione praesidentes illa, quae pro felici Religiosorum Virorum in humilitatis spiritu, & strictioris regulae observantiae vota sua Altissimo reddere jugiter satagentium directione pie, sapienterque constituta, & stabilita esse noscuntur, libenter cum a Nobis petitur, apostolici muniminis patrocinio roboramus.

Procuramus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Ludovicus Episcopus Placentin. Provinciae Compostellan. quod alias Venerabilis Frater noster Franciscus Episcopus Portuen. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Barberinus nuncupatus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, vigore facultatis sibi a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium ne-

Expositio.

gotiis

Formam praesentium in eorum consuetudine.

Decretum istud.

Derogatio contrariorum.

gotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita concessae, de voto dilectorum filiorum primum quidem Vicarii Generalis Reformatorem, & deinde Ministri Generalis Ordinis praedicti, nonnulla decreta, & statuta super institutione, & felici directione Conventus in Provincia Romana pro secessu Fratrum Minorum Strictioris Observantiae dicti Ordinis fecit, & edidit per suas Patentes Literas desuper expeditas tenoris, qui sequitur, videlicet.

Franciscus miseracione Divina Episcopus Portuen. Cardinalis Barberinus Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, ac Ordinis Sancti Francisci Protector, Corrector, & Gubernator.

Placuit Sacrae Congregationis Eminentissimorum Dominorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita supplicem Libellum Fratris Bonaventurae Barchinonen. strictioris Observantiae Ordinis S. Francisci Nobis remittere tenoris, sequentis, videlicet.

Supplicatio.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori: Per observantiam semper majorem della Regola del P. San Francesco, e per uniformarsi col sentimento delle Constitutioni Serafiche, e per aumentare nelle solitudini, e nelle piu umili, e nude poverta lo spirito, e finalmente per ritrovare nella totale abjezione di se stesso, e nel piu risoluto divorzio delle Genti, la dal Padre San Francesco tanto inculcata ritiratezza, e poverta, Fra Bonaventura da Barcellona Riformato Laico di S. Francesco conformandosi con le migliori direzioni dell' Istituto, e con sentimento piissimo delle Costituzioni, e dello stile commendabile delle piu accreditate premure de Superiori maggiori dell' Ordine, umilmente supplica l'EE. VV. d'esser fatto degno d'un Convento de piu ritirati, e nascosti, dove con quei Compagni, e Guardiano, che dal Superiore gli faranno prescritti, possa egli con le Ordinationi, che piu quaderranno al zelo immenso dell'EE. VV., e de Superiori maggiori ricoverarsi, col solo intento di servire a Dio nella pura, e letterale osservanza della Regola del P.S. Francesco. Quam Deus &c.

Rescriptum Sac. Congreg.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, jubente Sanctissimo Domino Nostro ante scriptas preces remisit Eminentissimo hujusmodi Ordinis apud hanc Sanctam Sedem Protectorem, qui una cum Generali ejusdem Ordinis quicquid sibi in Domino, & ad regulariter disciplinam restauranda, fovendamque expedire visum fuerit pro eorum arbitrio, & prudentia mature decernant, statuunt, servarique praecipiant. Romae octava mensis Maii 1662.

M. Card. Ginnettus.

Loco sigilli.

E. Episcopus Camerinen. Secretarius.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

Nos vero re mature perpena inhaerentes auctoritati, & facultati Nobis concessae a praedicta Sacra Congregatione vigore rescripti praesertim pro directione, ejusdem Conventus, & Regularis disciplinae in eo stabiliendae, & servatione infra scripta decreta sancire, & promulgare censuimus, videlicet.

Statuta Conventus in Provincia Romana pro secessu Fratrum Minorum Strictioris Observantiae.

Primo. Ad eum secessum destinatus Conventus Sanctae Mariae, ut vocant, de Gratiis, Ponticelli.

Nonnulla de cetera.

Secundo. Cupientes eo se recipere teneantur humiliter petere ejus rei facultatem a Patre Ministro Provinciali, qui adeo petitioni obistere non possit, ut etiam debeat humaniter indulgere, nisi rationabilem habeat obstandi causam.

Tertio. Nemo ad id cogi possit, aut impediri dummodo Patri Guardiano una cum Discretis post diligens examen videatur idoneus.

Quarto. Custodiat unusquisque Regulam sine glossa, quemadmodum a P. S. Francisco eam accepit, vivatque in obedientia Patris Guardiani, Provincialis, & Superiorum Generalium.

Quinto. Nullus possit ad Praefatum, Dignitatem, Gradumve infra, vel extra Religionem aspirare, vel electus ad dignitatis aliquem gradum, extra praefatum Conventum illum suscipere, sine consensu Guardiani, ac Discretorum sui Conventus, si vero contra, quam dictum est aliquis fuerit perpetuo sit ab eo Conventu exclusus.

Sexto. Nemo ex hoc Conventu sine Guardiani, discretorumque consensu removeri possit absque justa causa, neque sponte discedere citra necessitatem, nisi post mensem a die, in quo primum abeundi facultatem petierit a Superiore, ut interim experiantur fratres de ipsorum Socio an instabilitate, vel ulla tentatione ducatur, ut digredi velit, illumque Deo commendent.

Septimo. In Guardianum eligetur unus aliquis ex Fratribus huius Conventus a Patre Provinciali cum Definitorio suffragiis secretis, secundum Breve fel. rec. Urbani VIII. approbandus praeterea ab Eminentissimo Cardinali Protectore, Magistroque Generali.

Octavo. Fratrem discedere volentem, vel Guardiani, Discretorumque iudicio minime idoneum, inquietum, vel pacis perturbatorem, Patres possint ad Patrem Provinciale mittere, eique instare orantes, ut a sepius memorato Conventu eum amoveat, aliumque ad locum transferat; qui Provincialis pro sua charitate provideat, & petentibus satisfaciatur nisi eadem secus videatur ex rationabili causa.

Nono. Caveat unusquisque ne in sermonibus tum publicis, tum privatis se, vel

I i alios